



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

Cap. 1. De iurisdictione Castellanae Reipublicae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

DIDACI
COVARRUVIAS
ALEYVA TOLETANI, VA-
RIARVM QVÆSTIONVM

LIBER VNVS.

CAPVT I.

Tota ciuilis Castellanae Reipublicae Potestas,
& Iurisdictio, qua ratione penes
ipsum Regem sit?

SYMMARIA.

- 1 Gothi qua ratione, & quo tempore Hispaniarum Imperium obtinuerint.
- 2 Potestas temporalis, ciuilique Iurisdictio penes ipsam Reipublicam est, & apud eos, quibus ipsa id iunerit commiserit: in quo ab ecclesiastica differt.
- 3 Romana respub. omne Imperium in Caesarem Augustum, & eius successores transtulit.
- 4 Regni principatus, vel libera electione populorum, vel hereditaria Gentis illius primogenij successione, moribus, aut lege probatis, iustus omnino censetur, & inibi de iure primogenitura.
- 5 Regnum omnium Reipub. est prestantissimum & ibidem multa de Monarchia.
- 6 Regni potestas ex Dei, & naturae ordinatione stabilitur.
- 7 Castellani regnum iure Gentilitia successione primogeniti defertur.
- 8 Salica lex apud Gallos que sit.
- 9 Castellana Reipub. tota Iurisdictio penes Regem est.
- 10 Castro a Rege alicui concessio, an censetur concessa Iurisdictio: & quid de mero, ac misto Imperio.

Romanis olim Hispanias obtinentibus Gothisque à Septentrione totam Europam bello, armis, & industria vastantibus, cum & Vandali, Alani, & Sueui reliquis Galliis Hispanias inuassent, Honorius Imperator, Gothi eorum Rege Ragadaiso in Fesulanis montibus, occiso, clade insigni à Stilicone Romanorum Duce, & Consule afflictis, eiusdem gentis Principi Alarico Gallias, Hispaniasque, quas iam pene perdidit, inuito cum Senatu consilio concessit: ut commemorant Rodericus Toletanus lib. 2. *verum in Hispania gestarum, cap. 14.* & Ioannes Lupus de regno Navarrae. 6. part. §. 4. Quo in re, mortuo post euerfionem Roman. urbis Constantia Alarico, Athaulphus Gothorum Rex miseris calamitatis Hispanorum, quam à barbaris patiebantur, auxilium eis impigre laturus Hispaniam aggreditur, eoque intra breue tempus à suis interfecto, anno Domini 416. Segericus, qui eidem successit, mox ut regnare cepit occisus, vix inter Gothorum Reges propter breuitatem temporis ab Historicis ponitur. Post hunc Vualia Gothorum Rex, pace cum Honorio patre, Vandalos, & Alanos pene extinxit, ob easque res bene gestas ab Imperatore Aquitania, & maxima Narbonensis Prouinciæ parte donatus est. Quod Prosper Aquitanicus, & Isidorus testantur. Idem scribit Rodericus Toletanus *capit. sexio.* Et post eos Paulus Æmilius hoc ipsum asseuerat. Rursus Theodoretus Rex non satis his prouinciis apud Gallias contentus, Hispanias inuasit: Turismundus successit, eoque à quodam familiari occiso, Theodoricus permissu Imperatoris Hispanias ingressus, primus in eis Gothorum Rex obtinuit Imperium, belloque Sueuos domuit, ac paulatim maxima Hispaniarum parte subacta Gothorum genti eas sedes stabilire ita conatus est, ut qui quidem in regno successerunt grauius ac moleste tulerint Romanorum nomē adhuc in Hispaniis veteris Imperii & principatus iura quædam obtinuisse, donec Sisebutus Rex prope annum Domini DCXXV. expulsis Roma Hispaniarum Monarchiam consecutus est. Huic siquidem Regi hoc tribuit Paul. Æmi. lib. primo de gestis Francorum. Diuus tamen Isidorus, Rodericus Toletanus & Alfonsus Burgens. id de Suintilla Rege, Richar-

di primi filio tradidit, qui cepit regnare anno Domini DCXXI. atque ideo apparet id contigisse circa annum Domini DCXXVIII. Nam & S. Isidorus ad annum quintum Suintillæ Regis Gothorum historiam profectus est. Post hæc Gothorum Principes Hispan. Imperium Regio Monarchiarum nomine pacatissimum habuerunt ad annum viginti Domini DCCXIV. Quo ex prodicione Comitis Iuliani Arabes ab Africa Calpen, quæ nunc Gibraltar dicitur, transiit, & cruentissimo prælio ipsi Gothi, eorumque Rege Roderico profligatis totam fere Hispaniam occuparunt. Quo in prælio Gothorum omnis nobilitas cecidit: totaque Hispania in ditionem Sarracenorum venit, præter Astures, & Cantabros, apud quos Pelagijs Fasila, Cantabria Ducis filius, nepos Gothorum Regis Cindasunthi, animum ad optinendam patriam ferendam adiiciens, multos Christianos metulentes latitantes in ordinem coegit, eosque adhortatus ad cres admodum ad quoduis subeundum pro religione Christiana, & patriam periculum reddidit, adeoque sibi subditos, & obnoxios effecit, ut ab ipsis Rex electus & nominatus, animo inuictis, diuinoque auxilio coepit Arabes bello premere: aliquosque urbibus & oppidis ita cedere coegit, ut Reges, qui post eum Hispaniarum scepterum consecuti sunt, maximis cladibus eos afficientes ab Hispaniis prorsus expulerint, Cui negotio & Catholici Reges Fernandus, ac Elyfabethi vltimam, extremamque dedere operam, dum hoc Granatensi regno armis capto, vrbe hanc multis titulis celebratissimam anno Domini M. CCC. XCII. in eorum ditionem redactam Christi vexillo prædicente ingressi fuere. Hinc sane illud ipse deduxerim, Hispanias Monarchiæ & Regum Imperio subditas fuisse ab hinc ferme mille annis, quibus Reges à Gothorum sanguine progeniti felicissime Reipub. ista bello, & pace, datis iustissimis ac saluberrimis legibus sub Christiana religione catholice tutati sunt. Verum ex aliquot Hispaniarum prouinciis, quæ regna modo appellamus, Castulonensium sese nobis offert, de cuius Iurisdictione, & ciuili potestate hoc in capite agere constitimus, illud equidem tractaturi, quamam ratione sit penes Castellani Regem ipsa ciuilis potestas, totaque huius Reipublicæ Iurisdictio in ferendis legibus in mero, ac misto imperio denique exercenda. Castellam autem, prouinciæ Castulonensem diximus, eos secuti, qui ita eam quandoque nominarunt, non ignari, veterem Castellam Barduliam propriis dici, & ipsos Castellanos Bardulos. Nec tamen hoc quidquam refert quo ad nostrum institutum, cui equidem aptius erit, aliquot exponere conclusiones, quibus examinatis multa constabunt, quæ huius quæstionis decisionem potissime suffragantur.

Prima conclusio: Temporalis potestas, ciuiliisque Iurisdictio, tota & suprema, penes ipsam Reipublicam est: idcirco is erit Princeps temporalis, omnibusque superior Reipublicæ regimen habiturus, qui ab eadem Republica fuerit electus, & constitutus, quod ex natura rei iure ipso gentium, & naturali constat, nisi humanus ipse conuictus pactio aliud induxerit. Huius conclusionis nos obiter meminimus in *regul. peccat. de regul. iur. lib. 6. 2. par. m. 6.* etusque probatio ex eo constat, quod ab ipsa natura homines ita constituti sunt, ut nisi humanus intellectus cæcutiat, plane percipiant lumen naturale, in quavis hominum ciuili societate, quæ ad tutelam generis humani conducit omnino, constituendum esse necessario gubernatorem quandam, penes quem sit illius societatis regimen & cura: cumque postea ab eo, quam ab ipsa societate constitui. Et enim a uetore Aristotele lib. 1. Polit.

Homo animal est omni ape, omni que animanti gregali civilis: atque ideo est homo natura ipsa sociale animal longe magis, quam apes, formice, grues, & eiusmodi genera, que gregatim aluntur, gregatimque se tuentur. At cum Deus ipse per naturam dederit rebus lingulis facultatem se conferendi, suisque resistendi contrariis, quantum ad incoluitatem salutis, nec homines facultate hanc exequi dispersi potuissent, instinctus eisdem adiectus est gregatim viuendi, societatemque civilem constituendi: ut adomati aliis sufficerent, victumque facilius complures, quam singuli compararent, tutiusque ab incurfu ferarum, & hostium degerent. Qua ratione manifestum sit, civitatem, id est civilem societatem, natura consistere, hominemque natura esse civile animal, eamque confociationem causam sensim appetere. Prima hæc argumentationis pars potuisset pluribus autoritatibus Philosophorum instrui: multisque rationibus, ex Aristotele in libro. 1. Politicor. Platone in libro. de Republ. Cicero in libro. 1. de Inventione, & Patrio in libro. 1. de Injustitia. Reipublica. in. 3. & tamen cum alio tendat nostrum hoc institutum, satisfacisse opinabimur, si hæc veluti pertransennam obiter ad propositæ conclusionis probationem tetigerimus.

Deinde illud constitutissimum est, civilem hanc societatem, quam humano generi necessariam diximus, neutriquam potuisse civiles homines gubernare, hostes auertere, ac propulare, & malefactorum audaciam cohibere, nisi magistratibus, principibus, aut rectoribus suam tribueret facultatem, sibi que iudices, ac duces constitueret, quibus multitudine ipsa, totiusque congregationis homines subessent: & obedirent. Cum alioqui cives ipsi sine ordine, & capite minime possent ea providere, quæ totius civitatis utilitati expedirent. Igitur constat secunda pars collectio- nis, qua diximus, in quavis civili societate necessarium esse gubernatorem quendam, qui eius curam habeat, reliquosque cives in officio contineat. Hoc Aristoteles cap. 1. & 2. Politicor. & ceteri paulo ante citati probant: huncque in loco putant tendunt fere libri omnes ab eodem Aristotele, & aliis de Republ. editi. Apud nos text. est opt. in c. in apibus. 7. q. 1. cum non liceat. de prescriptis.

Huius vero civilis societatis, & Reipublicæ rector ab alio quam ab ipsamet Republica constitui non potest iuste, & absque tyrannide. Siquidem ab ipso Deo constitutus non est, nec electus cuilibet civili societati immediate Rex, aut Princeps. Saulum equidem, eiusque posteros tanrã à Deo, iure positivo diuino per Prophetas, ore proprio Reges in Regno Israelitico electos fuisse, constat ex sacris testimoniis. Præter hos nullus vnquam Rex aut Princeps à Deo immediate constitutus est: tametsi Deus populum Hebræum fere quadringentis annis instar regni per vnum gubernauerit: nempe Mosem, & eius successores iudices. Sic Dent. 17. cap. 27. inquit Deus: Cum dixeris, constitutum super me Regem, eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit: Ceteris vero gentibus Deus ipse ab ipso naturæ iure liberam fecisse videtur potestatem sibi Principes, Reges, & magistratus constituendi. Ergo qualibet Reipublica diuinitus naturæ lumine erudita civilem potestatem, quam habet, potest, & debet in alium, vel alios transferre, qui Regem, Principem, Consulium, aut aliorum magistratuum titulis ipsius civitatis regimen suscipiant. Qui vero esse in societate nequit, aut nihilo indiget propter copiam, is pars civitatis non habetur. Itaque aut bestia est, aut Deus. Quibus verbis Aristotele in d. e. 2. usus est ad huius civilis societatis commendationem: omnes enim homines secundum eum in hanc societatem natura sunt propensi: quam qui primus constituit, is author extitit maximorum bonorum: Venim homo perfectionem nactus, animantium est optimus: sic cum à lege, iustitiaque discessit, omnium pessimus habetur. Sed & hanc primam conclusionem palam asserit, ac tenet S. Thom. 1. 2. quæst. 97. artic. 3. Eandem probat multis rationibus Alfonso à Castro lib. 1. de potestate legis pœnalis. c. 1. vers. postquam.

Secunda conclusio: Potestas ecclesiastica in hoc à civili, & seculari potestate differt, quod ea non est immediate penes totam Reipublicam: sed fuit ab ipso Deo Iesu, Petro, vt Principi, & Apostolis ceteris, eorumque successoribus concessa. Probatur hæc assertio. Nam hæc potestas supernaturalis est, in finemque supernaturalem tendit, & ideo iure naturali non potest alicui competere: imo apud illum

crit, cui ab ipso Deo supernaturaliter data fuerit: Deus autem summus Iesus Christus humani generis Saluator, eam Petro, vt Principi, & ceteris Apostolis, eorumque successoribus dedit: ergo ea non competit toti Reipub. Christianæ, nec penes eam relidet. Sicuti in d. regni. peccatum. 2. par. §. 9. n. 6. ex Caiet. 2. 2. q. 1. artic. 10. & in tract. 2. de potest. Pap. & concil. cap. 1. Hoc ipsum coadiuatur ex eo, quod cum Christus fuerit vniuersalis redemptor, Rex vnicus regni celorum toto orbe diffusus, potuit ac potest per vnum vicarium totum regere orbem, maxime quia sub illo vicario instituit Patriarchas, Archiepiscopos, aliosque Antistites, & sacerdotes, qui afflatu Spiritus sancti ministrarent spiritualia [Quod & latius tractatum in regul. peccatum. part. 2. §. 9. num. 5. & 6.] Reges autem quia à suis regnis potestatem recipiunt, non est cur ab vno omnes dependant, nec id natura fieri posset commode. Qua ratione hanc item conclusionem probat Dominic. Soto lib. 4. de iustit. & iur. qu. 4. artic. 2. eandem repetit Caietan. in 2. part. Apologiae de potest. Pap. cap. 2. §. 9. qui in cap. 10. vers. ad secundam. scribit, Deum ita genus humanum instituisse, vt ad ordinem, & finem naturalem, potestatem communitati dederit, non vni: in ordine autem ad finem supernaturalem, potestatem vni delegauerit, non communitati.

Tertia conclusio: Romana Reipublica cum eius initio Reges sibi elegerit, & constituerit, ac demum in annales Cæsules summam potestatem transtulerit: tandem in Augustum Cæsarem, eiusque successores, Regia lege lata per populum ipsum ac Romanam communitatem, omne suum imperium, & potestatem contulit. Huius conclusio, plura sunt equidem testimonia: id enim constat ex l. 1. ff. de constit. princ. l. 2. §. & cum placuisset. ff. de orig. iur. & paulo ante §. nouissime. quo in loco Iurifconsultus testatur, populum Romanum necessitate constructum summum ius vni Principi dedisse, omniumque rerum arbitrium eidem permisisse, vt omnium factionum occasio tolleraretur, tum vt in administratione prouinciarum succenturiaretur Princeps Senatui, qui non perinde prouincias omnes regere poterat. Sic & Arcadius Iurifconsultus scribit, regimenta Reipublicæ ad Imperatores perpetuo translata. l. vnica. ff. de offic. præf. præf. & Iustinianus ait in l. 1. §. sed & hoc studiosum. C. de veter. iur. encl. antiqua lege, quæ Regia nuncupabatur, omne ius, omnemque potestatem populi Romani in Imperatoriâ Maiestatem translata fuisse. idem explicat Duaren. lib. 2. annales. cap. 19. ex Vlpiano in d. l. 1. quo in loco Ioan. Horoscus ex Theophilo cum Duareno conuenit: scribit & de hac lege Ludouicus Charondas lib. 1. coniectur. cap. 2. Eadem lex appellatur Lex imperii in Lex imperfecta. C. de testat. propterea quod de Cæsaris Imperio lata fuerit. Moris autem erat apud Romanos, vt quoties ferenda lex esset, præsertim de re grati, ea ad populum ferretur, quemadmodum multi tradiderunt potissimum Afcian. Pedian. in Orationem pro C. Cornelio. & Budæus in d. l. 1. §. & cum placuisset. Romulus enim populo Romano hoc ipsum reliquit, ac permisit, vt leges suffragiis per curias accersitis comprobaret, auctore Dionysio: cui & Polybius consentire videtur, dum describit, populum Romanum suo tempore hanc potestatem habuisse. Hinc Curiatæ leges apud Iurifconsultum in d. l. 2. in princ. Suetonium in Augusto, & Cice. in Epistolis ad Lentulum. Quæ leges & populares dicuntur ab eodem in orationibus. Ferebantur vero leges istæ conuocato per triginta curias populo, singulisque curiis in separata sepra cõstitutis, & sententiâ rogatis: vt Zasius in ead. l. 2. adnotauit. Atque hæc quidē in vsu erant apud Romanos ex veteribus Reipublicæ institutis, donec paulatim ad Comitium tributa, & commissa omnia translata fuere: Comitium Curiatum veterem potestatem retinentibus quodam adoptiones, & alias quasdam leges, præsertim eam, quæ de imperio ferebatur: nec tunc seruato illo ordine, quo olim Curie conuenire solebant, quot lector poterit facilius obseruare apud eos, qui de Comitibus diligentissime scripserunt. Hæc vero lex Regia dicta est, vt quidam existimant, quod per eam ius regnandi deferretur. Sed Ioan. Corral. lib. 7. miscellan. cap. 8. existimat, Regiam legem idcirco dictam fuisse, quod ius Regis creandi lege lata Romulus Rex populo Romano concesserit: vt Dionysius & Liuius lib. 1. scripserunt. atque ideo solebant Tarquinij Seruio Tullio obicere, quod iniustus populi Romani Regnum intrasset. Cum itaque Augustus à populo Romano creatus fuerit Imperator, in eumque, vt olim in Reges translata fuerit

Reipublicæ potestas, videtur in usum reuocata lex illa vetus Romuli, quæ ideo Regi adiecta fuit, quod ea ad populum us creandi Regis pertineret. Ego vero etsi nequaquam contendam, hanc huius nominis, & appellationis rationem veram esse: cum & Augusti tempore non de Rege, (nomen enim istud maximo erat apud Romanos) sed de vno Principe constituendo ageretur: attamen opinor legem à populo Romano latam fuisse, tunc de hæc potestatis & imperii translatione: ac posse eam legem Regiam dici, quod ea lata fuerit de vno Principe in Romana Republica designando: vt olim Reges ab ipso populo constituebantur. Moribus etenim obtentum fuit, vt huiusmodi lex de Imperatoris potestate, in singulos Principes mox vt ab exercitu consalutari, & à Senatu comprobati essent, per Senatum ipsum decerneretur: quod ex Cornelio Tacito libro. 17. 18. & 30. adnotatur Alciatus in lib. de offic. milit. & civil. Anton. Vacca in l. 1. ff. de constit. Principum. & Hottomanus in commentario verborum Iuris, verbo, lex Regia. à quibus traditur exemplum tabulæ æreæ, quæ hac de re etiam hodie extat Romæ in Laterani Basilica. Addit & Dion. lib. 53. Diuum Augustum consensu Senatus, populi que Romani, legibus solutum fuisse eo anno, quo ipse Decimus, & G. N. Norbanus Consules fuerunt. Ipse quidem Augustus, ne videretur statim veterem Romanæ Reipublicæ statum, & maiestatem euertere, & tyrannide Reipublicam opprimere, Regiam plane potestatem nusquam vsurpauit, quippe qui sua populo, suaque Senatui munia permiserit obire. Sed & Strabo lib. 15. testatur, consensu populi translatum fuisse in Augustum omne belli, & pacis. Vidi ipse æream vetustissimum numisma, cuius altera facie imago sculpta erat Augusti, his quidem literis: Diuus Augustus: altera vero Iouis imago cū hoc titulo: *Consensu Senat. & eq. ordin. P. Q. R.* id est, Consensu Senatus, & Equestris ordinis, Populi que Romani, ex interpretatione Valerii Probi in libello de literis antiquis. Sic denique Cæsares, vt veteris Romanæ Reipublicæ imaginem referrent, & ne viderentur Imperium inuito populo obtinere, magistratus sæpissime petebant, qui plebis electione obtinebantur: tametsi omnia fierent libero Cæsarium arbitrio. Vnde Tribunitæ potestatis dignitatem, Pontificatum maximum, & Consulatus affectabant: eorumque numismatis, quorum ipse plura vidi, inscriptum est, quot Consulatus Cæsaris obtinuerit, & quoties Tribunus plebis fuerit electus. Scribit & ad hæc Dion. libro. 53. Augustum à Senatu, populoque Romano Imperatoriam dignitatem primum accepisse in annos decem, & his finitis prorogatum fuisse ei Imperium in quinque, ac rursus in alios quinque, & post eos in decem, ac demum in alios decem, vt tandem Monarchiam obtinuerit, quolibet decennio Imperii translatione prorogata: atque ideo tradit Imperatores consueuisse decimo quoque Imperii anno ludos, solennia quædam, publicumque conuentum agere, ac diæ festum in signum publicæ latitæ: quasi tunc fieret Imperii quædam prorogatio. Ex quo poterit lector obiter enarrare decennialia, ac vicennialia, quorum ita Constantini Magni meminere Socrates ecclesi. histor. libro. 1. capit. 16. & 38. Sozomenus libr. 1. capit. vltim. Nicephorus libr. 3. cap. 26. Paulus Diaconus in Honorio. Trebellius Pollio in Galieno. meminit & Decennialium Xiphilinus in Seuero. Vouebanturque hi ludi in proximos 10. annos: atque ideo in quibusdam numismatis inscriptum legimus *Primi decennialis votum*, quod Alciatus de milit. & civilibus offic. & Wolphangus Lazius libro decimo de Republic. Romana, capit. septimo. præter alios tradidere. Sed & vota suscipiebantur pro salute in proximos Imperatoris quinque, aut decem annos, ita quidem, vt si Iupiter, Dii, Deæque omnes Imperatorem in sequens quinquennium, aut decennium sanum, & incolumem seruassent, ipsos Diis vouere sacrificia, ludos, & alia sacra maximo apparatu celebranda.

Quarta conclusio: Ad iusti principatus rationem, quæ à libero Reipublicæ communitatis consensu deducitur, satis est plebis, vel optimatum suffragiis, aut denique hereditaria successione iure primogenii gentilitii, Regiam dignitatem deferri. Hæc etenim conclusio duas forsitur partes, vtraque tamen eandem iustitiæ rationem habet, consensum scilicet populi, & Reipublicæ expressum, vel tacitum. Prior tamen pars præmittit, Principem electione quandoque constitui per ipsum populum, aut per optimates, qui populi ac Reipublicæ, & communitatis nomine consensum

omnium in electum sibi Regem præstant. Eset sane plerumque difficillimum, suffragia omnium eorum, & eorum, qui alicuius Reipublicæ partes sunt, à singulis eximatos negotia publica ita expedire, vt absque tumultibus, & seditionis contentionibus tuto è Republica res peragatur. Igitur horum optimatum suffragia ea lege censenda feretur, litem eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. unum. cap. vltim. de prebend. in 6. Qua ratione septem illi Germanie Principes, quibus facultas delata est Christiani orbis Imperatorem eligendi, populum ipsum, & Christianam imperatorem, quæ ab ipso Imperatore gubernanda est, omnino representant, cuiusque vicaria vtuntur potestate, vicesque ea in electione gerunt. Vnde fit, quod electio Imperatoria ad Septemuiros Germaniæ, vt collegium, non vt singulos pertinet: quemadmodum optime probat Lupoldus libro 1. de iuribus Romani Imperij, cap. 6. Panormitanus in cap. venerabilem. colum. 4. & ibi Cardinal. in §. verum. de electione. Ioannes Cirier. lib. 2. de primogenitura, quaestione 12. Castaldus in tract. de Imperatore, quaestione. 11. & quaestio. 15. Hinc sane constat, ad iustitiam principatus cuiuslibet satis esse, quod ipsius loci tatem non negauerim olim Romæ aliter in plebeis comitiis suffragia præstita fuisse ad Consulatum electionem, & postea Imperatores, Augusto s, ac Cæsares ab exercitu militari electos quandoque exutisse: licet hæc electio minime censeretur iusta, nisi Senatus, populi que Romani comprobatio accessisset.

Reges vero, & Principes ab origine mundi populorum suffragiis creabantur: quod ex Iustino libro primo constat, & Cicerone libro tertio de legibus. Idem & nos paulo ante probauimus in prima huius capituli conclusione. Nec enim ad Regiam maiestatem, & excelsum dignitatis locum ambitio popularis, sed spectata inter bonos virtus ipsa euehit, rextus optimus in libro primo ff. ad leg. Iuli. de ambit. capit. vltim. in par. de aliena. feud. ca. Moyses. 8. quaestio. 1. ex Hieronymo super Epistolam Pauli ad Titum. Atque ita iure ipso naturali, & humano, nisi aliud moribus, aut speciali lege à populo lata institutum fuerit, Regum, & Principum creandorum ius ad populorum suffragia est omnino referendum. Senfit & hoc Panorm. in c. venerabilem. penult. colum. not. ab. de electio. idem Panormitan. in cap. intellectu. 2. colum. de iuribus. quo in loco citat gloss. notabi. ad hoc in dict. ca. Moyses. eandem addidit ad hoc Ioan. à Terra Rubea tract. 1. contra rebelles. articulo. 1. conclusio 3. notatque ex 3. Regum cap. 16. & 4. Reg. cap. 14. explicat Aluarotus in tit. de feud. March. colum. 2. Quamobrem fallitur Ioan. Cirier. in tract. de primogenitura. libro 2. quaestione 13. existimare post mundi creationem statim regna & principatus iure sanguinis, & successione hereditaria delatos fuisse, & deinde multo post, donec prohibita fuit in principibus successio. Etenim si iure ipso naturali potestas civilis penes ipsam Reipublicam erat, & apud eam, quem populi consensus in id munus constitueret, palam est tunc electione, non successione principatus, & regna delata fuisse. Eadem ratione tollitur opinio gl. in c. denique. 7. qu. 1. in verb. Rege suo. dum probare nititur, Regis filium, iure Regem post partem futurum.

Posterior conclusionis pars iustitiæ itidem innititur. Nam si lege à populo lata, vel ab eo recepta principatus successione hereditaria, genti cuida, & familiæ defertur, costat manifeste huic principatum consensu populi, saltem tacito deferri: quemadmodum itidem erit, si absque lege scripta, consuetudine, & moribus regna, & Imperia gentilitia successione deferantur: siquidem ea consuetudo consentium populorum, qui ea vti fuere, omnino præmittit, cap. consuet. dist. de quib. ff. de legib. sic denique consuetudine, & pleriq. in locis lege diu iam recepta, regnum defertur successione & iure primogeniture. Quod gloss. senfit in d. c. Moyses. Panorm. in d. c. venerabilem. & in d. c. intellectu. Aluar. in tit. de feudo March. col. 2. Anto. Corset. in tract. de potest. & excell. reg. q. 9. optimus text. in c. licet. de voto. & in c. grandi. de suppl. neglig. prelat. in 6. c. 1. §. præterea. de prohibend. feud. alien. per Feder. tradit alios allegans Ioann. Cirier. in tract. de primog. 2. lib. q. 1. 3. & q. 14. latissime omnium Andreas Tiraq. in tract. de primogeniis, in ipsa præfatione, quo in loco multa refert ex quibus apparet, consuetudinem istam fere in toto orbe diu receptam fuisse. nam & diuus Hieron. in epist. ad Onagrium: & super Genesim enarrans illud

quod est 649. Vnde mihi primogenita, scribit, apud Hebræos Indicum regnū olim primogenitis debitū fuisse, quod probatur 2. Paralip. cap. 21. regnū autem tradidit Ioram, quod esset primogenitus, eodem iure tradit Iosephus lib. 14. Antiq. c. 1. iniquum a multis existimatum fuisse, Aristobulū Alexandri Regis Iudeorum filium iuniorem regnare, & Hircanū maiore, cui propter etatem Imperium debebatur, priuatum manere. Apud Ægyptios quoque hunc etiam morē fuisse constat, vt primogenitus ceteris anteponeatur in Imperio. Quod liquido scriptum est Exod. cap. 11. Media nocte ingrediatur in Ægyptum, & morietur omne primogeniū in terra Ægyptiorum à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ: ita sane illum locum Lyranus ibi interpretatur. id ipsum & Pausanias lib. 1. ac Iustinianus lib. 16. & lib. 39. scriptum reliquerunt. Quin & Herodotus in Pholichymnia affueerat, apud viueros homines institutum fuisse, vt maximus natu liberorum obtineret principatum quod & ex nostris tradidit Bald. in l. ex hoc iure. col. 2. ff. de iust. & iure. gloss. Hostiens. & Doct. in d. c. licet. & in c. grandis. de suppl. neglig. p. al. in 6. Alberic. in proem. ff. S. discipulo. plerique alii, quorum diligentissime Tiraquellus meminit in dicit. prefat. n. 32.

Sed & cōsuetudinem hanc, qua regna, & principatus successione potius, quā electione primogenitis differunt vtilem esse valde, & reipublicæ omnino cōducere magis quidem, quā conueniat ipsa principum electio, probat ex multis Ioan. Cirier. libro 2. de primogenitura q. 14. post Cardinalem à Turre Cremata, & Preposit. in d. c. moyses. 8. q. 1. Ægidium Romanum lib. 3. de regimine principum. c. 5. August. & Anchona in in rra. de potestate ecclesie. q. 25. artic. 7. disputat ample Buridanus super Aristotelem, & 3. lib. Polit. q. 23. Eandem consuetudinē laudat, & scribit optimam esse Ioannes de terra Rubea, in 1. tractat. contra rebelles, art. 1. conclus. 4.

¶ Verum Aristoteles ipse libro. 3. Politicorum, cap. 10. & 11. palam asserit præstantius esse, quod regna suffragiis populorum, eorumque voluntate deferantur, quam quod hereditaria sint quasi illa sint vere Regia imperia: hæc vero tyrannica, & herilia barbaris gentibus propria. Addit tamen cap. 10. quoddam esse regni genus, quo regna Herodorum temporum voluntaria, hæreditariaque ex lege continentur. Primum enim voluntate populorum, quos artibus, aut bello demeruisse, seu dispersos in vnum congregassent, vel agros, sedesque ad habitandum tribuissent, Reges fiebant: eademque regna posteris hæreditario iure tradebantur. Hæc Aristoteles: à quo libet primum deducere, initio quidem communitatum, & eo tempore, quo homines creperunt ciuili ratione in vnum conuenire locum, regna electione, non successione delata fuisse. Quod nos paulo ante adnotauimus. Deinde ex eodem apparet, hanc quartam cōsuetudinē maxime probare & admittere regna hæreditaria, quæ tyrannica non sint, nec barbara, sed ab initio, & origine populorum voluntate delata: postea vel expresso, vel tacito consensu eorundem, moribus vel lege facta sint hæreditaria.

Quinta conclusio: Ex tribus rerum publicarum speciebus Aristocrata, scilicet, Democratia & Regno, hoc vltimum omnium est præstantissimum. Huius assertionis author mihi videtur Aristoteles lib. 3. Politicorum, cap. 10. & seq. eamque elegantiori oratione probat Iococrates de dignitate Regni: ex quo multa hæc in re, & ex alijs authoribus adducit Ioannes Stobæus in serm. 45. qui eandem sententiam elegit, eandem priorem esse censet Plutarch. libello de tribus Reipublicæ generibus. His admodum suffragatur Plato in libro ciuili, vel de Regno. Et in Dialogo 8. de reipublica. Apud Herodorum Darius pulchra oratione contendit vnius regnum præstare: siquidem ex plurium etiam optimatum gubernatione, odia, seditiones, cædes oriri, quod quisque princeps esse, sua sententia, alios vincere optet. Cornelius Tacitus libro 17. pacis interfuisse dicit omnia in vnum conferri. Etenim commodius, ac pacatius res per vnum, quam per multos geritur & expeditur. tex. opt. in l. 3. §. apparet. ff. de administratione tutor. l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. vbi Accurs. Bal. & Alberic. ac post eos Ant. Corset. in tract. de excellen. Regis. q. 74. hanc quintam conclusionem tenent. Eadem Regia partituarum lege multis rationibus stabilitur in l. 1. §. 7. tit. 1. Partita. 20. plura congerit Patritius tit. 3. de regno. & regis institutione. idem de institutione Reipublica. tit. 1. Et ne quis contendat Aristotelem in d. c. 12. lib. 3. Polit. nobis aduersari, ac Aristocratiæ Rem-

publicam Regiæ prætulisse: illud libenter admoneo, hæc in parte nos Regem illum laudibus efferre, qui à senioribus & probatissimis viris minime dissentiat, cuncta libera, & absoluta voluntate ac libidine acturus, imo ab his, dum leges condere velit, aliaque in Reipublicæ utilitatem expedire, sententiam petat, cum his de rebus publicis consulat, ac deliberet. Alioqui facile Princeps vnus, & Rex in tyrannidem labitur, & ideo postponendus erit Aristocratiæ, quæ ceteris, optimisq; legibus instituta, ac temperata fuerit. Igitur ceteris parib. Regia Respublica preferenda est Aristocratiæ. Hæc vero recte instituta potior erit Regia potestate, quæ mera, & absoluta sit: quod ipse Aristoteles ostendit ac demonstrat.

Ægyptii primi omnium teste Plinio libro 7. cap. 56. regium principatum habuerunt, quippe qui, vt ait Herodotus, nullo temporis momento poterant sine Rege viuere. Apud eos primus regnauit Menes: authores huius rei sunt Herodotus in 2. & Diodorus in 1. à quibus hoc accepit Polydorus libro 2. de inuentibus rerum. cap. 2. Constat etenim ex sacris Bibliis, Ægyptiorum regnum vetustissimum esse, cum mentio fiat Genesis cap. 39. Pharaonis, id est, Regis Ægypti: hoc equidem nomine illi appellabantur: quia ea vox Reges significat: vt Iosephus scribit libro 8. Antiquitatum, cap. 6. quo in loco tradit primum Ægyptiorum Regem Mincum dictum qui Memphis edificauit, ac multis annis Abraham præcesserit. Mincum vero intelligit Iosephus eum, quem Menem alii dixerunt: cum & ipse Herodotum citet. Sed & Pharaonum mentio fit Genesis cap. 12. & 13. atque item à Iosepho libro 1. Antiquit. c. 16. de his poterit lector plura petere ab Eusebio, Beroso, & Manethone: atque item à Ioanne Lucido lib. 5. de temporibus.

Sexta conclusio: Regia potestas, ceterorumque principum ciuilis autoritas, non hominum est inuentum, sed ab ipso Deo per legem naturalem, quæ suæ sempiternæ participatio est, sanctissima fuit ordinatio. Hæc conclusio probatur ex his rationibus, quas in prima huius capituli conclusionem nos tradidimus. Ciuilis etenim potestas naturæ, & Dei ordinatio est, ad humanum conuictum, & humani generis cōseruationem necessaria omnino. Nam etiam si res publicæ & populi ius habuerint naturali ratione creandi principes, & reges, qui tamen hoc fecerint diuinitus eruditi, publica hæc ac ciuilis potestas, Dei ordinatio dicitur. ideo Paulus ad Rom. 13. inquit: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et iterum ad Titum 3. Admone illos principibus, & potestati subditos esse. Sic & Christus ait ad Pilatum: Non haberes potestatem: aduersum me illam, nisi tibi datum esset desuper. Vnde etiam in primordiis ecclesiæ, omnes ferme principes essent infideles, præcepit nihilominus Petrus Christianis, 1. Petri, cap. 2. vt subiecti essent omni humanæ creaturæ, propter Dominum: siue, Regi, inquit, quasi præcellenti. Et Proverbi. 5. cap. 8. scriptum est, Per me Reges regnant, & legum conditores iura decernunt, cap. quo iure. 8. distinct. auth. de instru. cant. & fid. col. lat. 6. & in authen. quomodo oporteat Episcopos. Quibus probatur, imperium, & principatum à Deo esse constituta. Hæc tamen intelligenda sunt in hoc quidem sensu, quod ciuilis potestas à Deo procedat mediate, quippe quæ ab ipsamet reipub. mediante lege naturæ, electione, aut consensu populorum constituitur. Non sic spiritalis potestas: cum hæc à Deo ipso supernaturaliter immediate processerit. Nam etsi aliquot reges, nempe Saulem & Dauidem diuino iure postiuo Deus instituerit, præordinauerat tamen iure naturæ, vt alii à reipublica eligerentur. Qua ratione Reges à Deo dicuntur potestatem habere. text. opt. in l. 7. tit. 1. part. 2. idcirco semel constituta regia potestate, siue libera populorum, & reipublicæ electione: siue lege lata, seu moribus inius successione hæreditariæ translata, non potest per reipub. Rex regno expoliari, nisi is fuerit in grauissimam tyrannidem lapsus. De quo non satis digne tractat Corf. in tract. de exce. ll. Regis. q. 3. tametsi aliquot authores nominatim citauerit, qui hanc questionem attigerunt. Sed hæc principalis sexta assertio probatur diligenter à Dominico Soto lib. 4. de iust. & iur. q. 4. art. 1. His adde tex. optimum in l. 10. tit. 1. ad fin. 2. part.

Septima conclusio. Etiam si olim in Hispaniarum Monarchia Gothorum Reges non iure primogenituræ, nec gentilitis successione à Magnatibus & populo, qui regno digni videbantur, eligerentur: post Arabum tamen, & Mau-

rorum inuasionem, ipso Rege Pelagio mortuo, eius posterius iure hereditario primogeniti, annos iam plus octingentos, continenti successione Castellæ regnum obtinuerunt, & iustissime obtinent. Prior huius conclusionis pars conitat ex canone tertio concilii Toletani quinti: Si quis, inquit: ad Regiæ maiestatis ambit peruenire fastigia, quem nec electio omnium præficit, nec Gothicæ gētis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio Catholicorū priuatus, & diuino anathemate condemnatus. Hæc Toletana synodus, quæ satis comprobatur multis Gothicæ historiae testimoniis. Nam & ipse Pelagius primus post cladem illam insignem, ac maxime luendam Rex, vt vir fortissimus à Gothis, qui apud Cantabros & Austures vastationi Maurorum supererant, princeps eius gentis electus fuit. Sed & posterior pars apparet ex eo, quod statim fere post Pelagium Castellana Reipublicæ regnū ipsi regum primogenitis in hanc vsque diem delatum est: & ideo tacitus gentis Gothicæ, & populorum consensus, vbi alia deficerent iura, hoc ius regnandi iustissimum, & æquissimum faceret. Sed & lege id ipsum constitutum fit: *lex quidem 2. tit. 15. part. 2. tradit de regno Castellæ, Panorm. in consil. 85. lib. 1. & de Regib. Hispaniarū idem tradidit Goldrad. consil. 94. & sequent. Item consil. 232. Albericus in donationes, quas, C. de donat. inter vir. & vxorem. Card. Alexand. in cap. in naturale. col. 3. t. dñi. Paul. Castrenf. in consil. 164. libro 2. Deci. consil. 397. col. 2. & plerique alii quorum meminit Andr. Tiraquel. in tract. de primogeniti in ipsa præfatione, num. 4. Qui longe rem istam discutit totius fere orbis consuetudines huic similes adducens. Sed & Ioa. Cirier. lib. 2. de primogeniti. quæstio. 13. ad idem ius multa congerit, quæ ad huius legis, & consuetudinis iustitiam pertinere videntur. Nam & Franciscus Patricius homo doctus & diligens in hisce rebus perferutandis lib. 9. de regno. tit. 22. inquit, ius naturæ exigit, & gentium consuetudo confirmat, vt maximus natus ex filiis mortuo Regi succedat. Nos item in huius capituli conclusionem quarta, huius vniuersalis consuetudinis mentionem fecimus, quæ denique iure naturali in hoc plurimum conuenit, quod vbi regnum successione, & sanguinis iure obtinendum est, id vni filiorum primogenito, ac natu maximo deferretur. Apud Gallos idem moris obtinuit, quemadmodum Tiraquell. ipse refert, Ioan. Cirier. in d. questione 13. Ioan. à Terra Rubea in tractat. contra rebelles. artic. 1. conclus. 4. & sequentibus. Petrus Jacob. in tit. de success. regn. Francie. col. 3. And. Hern. in c. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frederic. consil. 445. Matthæ. de Afflic. decio. Neapol. 119. Oldr. consil. 224. Angel. consil. 287. cuius origo ad leges Salicas referenda est. Leges autē Salicæ late fuerunt sub Pharamundo primo Francorum Rege circa annum Domini quadringentesimum vicesimum quintum: & fuerunt responsa quedam, & iudicia aulicorum qui oriundi erant à Salis Alpini populis: vt censet Balduinus in prolegomenis, pag. 101. de lege Salica ita scribit Paul. Æmiliius de gestis Francorum in Philippo Longo, legis Salicæ verba hæc itidem recitans, In terram Salicam mulieres ne succedant. Terram Salicam, regnumq; Franciamq; interpretabantur. Salios Francorum gentem fuisse Ammianus Marcellinus refert, Iuliani Augusti, qui res in Galliagesit, comes ac suorum temporum scriptor. Hæc Paulus Æmiliius lib. 8. qui & Saliorum meminit paulo post in Caroli Pulchri vita. idem in libro 2. sub Carolo Magno tradit, Salios Francos in initio dictos fuisse à Sala flumine, qui prope Albim labitur. Locus Marcellini est lib. 17. Quibus, inquit, paratis petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudē Salios appellauit, aulos olim in Romano solo apud Toxandriam lacum habitacula sibi figere prælicenter. Beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germanicarum leges aliquot Francorum refert, & inquit, ipsi Franci nunc Salicam legem, nunc Gombetam præferebant. Salici Franci maius priuilegium habebant. Nam hi solidum duodecim denariorum pro multa soluebant. Si Frisus, aut Saxo offendisset Salicum Francū, quadraginta denariorum solido multabatur. Hactenus Rhenanus. Ioannes Ferrarius in l. 2. ff. de regul. iur. legem Salicam ex eo dictam existimant, quod Pharamundus Salicus eam tulerit. Pharamundum vero Salicum appellat ex eo quod Franci, qui Salii dicti fuerunt, iussa dederit. Eandem interpretationem probat Carol. Molinæ in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 16. Rurfus & Beatus Rhenanus lib. 1. rerum Germanicarum Claudiani locum Siliconē effusē laudantis exponens ex prima Partegyrri:*

Rhenanusque minacem
Cornibus insuatis adeo mitescere cogis,
Vt Salus iam vna colat.

Inquit Poeta, Salii nomine Francum intelligi ex Ammiano Marcellino, licet in vulgatis codicibus pro Salis Suecos inrum natio Salingos à Sala flumio se nuncuparunt. Hæc ipse Sic Andr. Alciat. lib. 2. d. sponat. cap. 22. legem Salicam dictam esse scribit à Salis, qui & Franci fuerunt. vnde & Sidonius Apollinaris:

Salus pede, falce Gelonus.

Ex quibus ipse censo, legem Salicam dictam fuisse à Salis, quos itidem opinor Francorum fuisse nationem, & gentem quandam apud eos nobilitate, prudentia, & virtute præstantiorem ceteris Franciæ populis. Legis etiam Salicæ mentionem etiam de lege Salica, quæ feminas à regni successione exclusit, late, & optime disputauerit, Pyrrhus post Aurelianus consuetudines, eius tamen originem visus est ignorasse, etiam si caute de eius initio dixerit, Pharamundum prius accitis proceribus, nec citra maturum consilium Salicam legem tulisse, vt ab optimis legibus sanctissima regni auspicia captaret, quam vel sale rectaque ratione, vel Salica terra, vel à Salis sacerdotibus, id est, à generosis, sapientibusque viris condita, vel vnde cuncte ratione, vel veteres, & nos eorum legibus adscripti nominamus. Sic & Craguinus lib. 1. scribit Pharamundum quatuor ex Sycombris inspectatos proceres selegisse, qui populo legem ferrent, Visogastū, Losogastum, Sologastum, & Visogastū: eisdemque legem tulisse communi gentis: & procerum autoritate fretos: eamque à Pharamundo promulgatam à loco, vbi condita fuit dictam fuisse Salicam.

Octaua conclusio: In Castellana Reipublica tota ciuilis potestas & iurisdictio penes ipsum solū Regē est, ab eoq; deriuatur in alios. Hoc plane cuiuslibet manifestū erit, si diligenti vsus collectione perciperit ex proxime traditis ciuili potestate & iurisdictio, quæ iure ipso naturali, & gentium penes reipublicam, id est, apud ipsam populorū, & hominū societate, existit, in hoc regni Castellani principatu, vel expresso, vel tacito reipublica totius cōsensu ab initio electione, deinde obseruantissima ab octingentis annis consuetudine gentilitiæ successione, ac primogeniti iure transmissa esse. Sed & legibus Regiis hæc eadem conclusio constat, videlicet l. 2. 6. 7. & 8. tit. 1. par. 3. l. 18. tit. 4. l. 18. 19. & 20. tit. 23. par. 3. rursum l. 9. tit. 4. ead. par. l. 4. tit. 1. l. 2. l. 1. tit. 1. lib. 3. ord. l. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. iure autē communi Romanorum idem apparet autoritate l. 1. ff. de constit. princ. & his omnibus, quæ ad probationem tertie conclusionis tradidimus, tandem multa hoc in loco missa faciam, vel ex eo, quod constitutissimum sit, quod hac in parte asseuerauimus: eum eius rei causa prenotatas conclusiones hoc in c. instruxerimus. Sed & hæc conclusionem multis comprobatur, & diligentissime extendit. Petr. Nunius Auendanius in tractat. de mandatis Regis exegentia. 1. Primum ex eis deducitur, adeo esse certum, totam ciuilem potestatem & iurisdictio apud Regē esse, ab eoq; in singulis totius regni ciuitatibus, villis, castris, & oppidis exercendam fore, vt qui dixerit, se iurisdictio aliquā habere, aliquo in loco, ciuitate, vel villa exercendam, id plane optime probare debeat, si velit obtinere, alioqui incumbet ex sola presumptione iuris, quæ Regi omnino suffragatur, quæ admodum probatur l. 4. tit. 1. lib. 2. l. 1. tit. 1. & l. 1. lib. 3. ord. l. 2. & 8. tit. 1. part. 2. cap. 1. & ibi Bald. quæ sunt regie text. in authent. de defens. ciuili a. l. de precatio ff. ad leg. Rhod. de iust. notat Ioan. Lupi. in c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. 2. notab. §. 1. num. 42. Rodericus Zuarez allegat. num. 7. col. 2. text. optim. in c. cum persona. de priuileg. in 6. Bald. in tit. de pace const. in princ. col. 6. Matthæ. de Afflic. in consil. Neapol. qu. 6. præcluditor. idem post Her. in lib. 4. 3. nos item id probauimus in reg. possessor. §. 3. statim citando.

Secūdo hinc apparet, posse in his Castellæ regnis iurisdictio alicui nobili cōpetere, & ab eo in aliquo territorio, aut villa, vel oppido exercere speciali iure priuilegi, videlicet à Principe cōcessi, vel prescriptionis iuxta leges Regias vim & autoritate obtinentis. Etenim de iurisdictio, quod ea possit vsucapione, & prescriptione adquiri, nos late probauimus in relectione regul. possessor. de regul. iur. in 6. 2. part. §. 3. vbi ostendimus, posse iurisdictio simplicem, merum & mistum imperium prescriptione adquiri, etiam lege Regia: modo semper excepta sit apud Regē, & supra

illa iurisdictione, quæ vere Regia est, & ad Regem querelas, & appellantium causas, vt summum principem deserit. Hæc siquidem præscriptio cum à Regia lege vim capiat, ipsius iurisdictionem consensu principis, saltem tacito iurisdictionem tribuit: idcirco & hæc iurisdictione præscriptione adquisita ab ipso Rege derivatur.

Tertio deducitur inde, posse à Rege speciali priuilegio & titulo iurisdictionem, merum, ac mistum Imperium alicui concedi in aliqua ciuitate, villa, vel oppido, aut territorio exercendum. Quod multis constat, & maxime in legibus Regiis, quæ ad huius octauæ conclusionis probationem fuere adductæ. Cuius equidem rei indagandæ causâ subiciam aliquot conclusiones, quas aptissime præcedentibus conuenire non temere sum opinatus.

Nona conclusio: Concessio Castro, territorium, & iurisdictione, quæ Castro annexa sub dominio disponens erant tempore concessionis, data itidem censentur. Huius opinionis auctores sunt Bald. in c. 1. de capit. qui curi. vend. col. 3. & c. 2. in l. cum multa. C. de bon. quæ liber. & in l. 1. §. in initio. col. 1. vbi Bart. in §. cum vrbem. ff. de offic. præfecti. vrb. Anchar. in reg. accessorium. de reg. iur. in 6. in fin. 3. quæst. princ. Corset. in tract. de excellent. regis. quæst. 5. Paul. Castr. consil. 406. col. 2. lib. 2. Bart. in l. inter eos. ff. de acquir. rer. domin. sensu Innoc. in c. cum ad sedem. de restitu. spoliat. & in c. ex literis. de iure patron. vbi Hostiensis. Ioan. An. & alii ex ea decisione idem videntur collegisse. Est ad hoc text. elegans in d. §. cum vrbem. Nam etiam si inibi tractetur de simplici commissione iurisdictionis facta ad vtilitatem publicam, & ad reipublicæ regimen: omnium tamen consensu idem traditur in concessione, quæ à principe fit, priuilegii, venditionis, aut beneficii titulo, propter eandem rationem ex eo deductam, quod hæc omnia Castro adherent, & accessoria sunt. Idem probant Roder. Suarez. in d. allegat. 7. col. 3. & Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 47. Paul. Paris. consil. 10. lib. 1. nu. 16. ex quibus ipse opinor hanc esse Communem Opinionem, quæ obtinet, & in hunc sensum, vt etiam merum, ac mistum imperium, exceptis regalibus in hanc concessionem veniant. Quemadmodum in specie tenentur Bart. in d. §. cum vrbem. idem in l. quando in 1. C. de bonis vac. lib. 10. Bald. in d. l. cum multa. Carol. Molina. & Paris. ac Roder. Zuares paulo ante citati, imo & omnes, quibus hæc noua conclusio placet ad extensionem istam optime possunt adduci: sed & Felin. in c. quod sedes. de offic. ordin. hoc ipsum sequitur. notant Doctor. l. vlt. ff. de constit. princ. maxime Bald. & Alberi. Oldra. consil. 252. Lud. Roma. consil. 444. multi quos refert & sequitur Alex. in l. 1. nu. 33. ff. de iurisd. omn. iud. Nec oberunt huic conclusioni, quæ solent adduci de iurisdictionis concessionem: nam vt in hac disputatione congrua fiat distinctio, & tollantur multa, quæ solent eam difficilem reddere, sequentem exponam conclusionem, illud præmittens, iurisdictionem, & mistum imperium alicui ciuitati, Castro, vel oppido adherere, non tantum cum ea exercenda sunt ab ipsomet populo, seu à magistratibus eiusdem, sed & cum iurisdictione, merum, & mixtum imperium saltem materialiter & passiuè ciuitati accessoria sunt ibidem ab alio exercenda, vt ipsius loci domino, & principe immediato, qui illius populi, & communitatis nomine, imperio & iurisdictione vtitur. Quasi secus sit dicendum quoties alicui castro iurisdictione plene passiuè accessoria est, vt alterius communitatis membro, cui Castrum illud subditur, vt capiti, & à quo regitur & guberatur. Quod ipse censo Bart. sensisse in d. l. inter eos. ff. de acquir. rer. do. simul & in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. Carol. Molin. in d. glo. 3. nu. 43. & 48. Sic sane vulgo dicimus, hoc Castrum habet iurisdictionem, cum nulli communitati, aut ciuitati subditum est, quo ad primam casualium criminalium, & ciuilium, cognitionem: tamen hæc ipsa iurisdictione exercenda sit per Regium præfectum, & autane per aliquem nobilem, Ducem, Comitum, aut Marchionem, qui eiusdem loci dominus sit.

Decima conclusio: Concessio Castro, cui nulla adhæret iurisdictione, nec merum, nec mistum imperium (quia quantum ad hæc, ciuitati, villæ, vel comitatu subicitur) non censetur vlla translata iurisdictione, etiam si princeps, qui concedit, eam, vt princeps alioqui habeat ibidem. Hanc assertionem probamus ex eo, quod iurisdictione hac in specie minime adheret rei concessæ, nec ei accessoria sit: atque ideo manet hoc Castrum sub iurisdictione illius ciuitatis, cui prius adhærebat, censeturque quantum ad proprietatem abique iurisdictione concessum. Qua ratione qui obtinet

Castrum intra fines, & limites alicuius ciuitatis territorium habentis, nisi probet à Principe expressim sibi fuisse illius Castri iurisdictionem concessam, nequaquam quo ad eam obtinebit, sed erit Castri dominus quo ad proprietatem: cum nihil habeat commune Proprietas prædiorum cum iurisdictione: sicuti ipse tradidi in regul. peccatum. de regul. iur. lib. 6. 2. par. §. 9. numer. 8. ex Soc. consil. 15. & consil. 95. col. 4. lib. 3. & eod. in l. 1. numer. 27. ff. de acquir. poss. l. 10. tit. 29. part. 2. l. 4. §. 9. tit. 28. part. 3. Denique in specie hanc decimam conclusionem deduximus ex Bal. in l. à procuratore. C. mandat. & in rubr. ff. de rer. diu. col. 3. & in c. vnica. §. vlt. quib. mod. amit. & ibi Aluar. & Bal. consil. 238. lib. 4. Oldrad. consil. 176. Rom. consil. 444. Bart. in consil. 39. & in l. 1. ad fin. atque ibidem Curt. lun. col. vlti. ff. de iurisd. omn. iud. Qui asserit hanc Opinionem Communem esse, quam etiam sensere Iaf. consil. 146. lib. 2. in 5. fundament. 2. part. Bald. in c. 1. de cap. qui cur. vend. & in c. 1. n. 2. de feudo March. Gul. Bened. in c. Raynuitus. de test. in verb. & vxor. nomine Adelastram. 2. decis. num. 307. Carol. Molin. in d. glo. 5. num. 45.

Qua ratione in huiusmodi specie, vt transferatur iurisdictione, necessarium est, eam speciali concessione transferri: sicuti omnibus præcatis visum est. Imo quibusdam placuit in facto, & hypothese huius decimæ conclusionis, concessa iurisdictione expressim, simplicem tantum iurisdictionem, non merum, nec mistum imperium, concessam censeri. Huius sententiæ ex iunioribus auctor est Car. Mol. in d. gl. 5. nu. 48. ex eo, quod in Generali mandato, ac multo fortius in noua ac perpetua concessione in proprietatem, non venit merum nec mistum imperium, nisi expressim & specialiter dicatur. l. 1. in prin. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. Igitur etiam concessa iurisdictione, nõ venit in concessionem, merum ac mistum imperium. Huic opinioni suffragatur, quod concessio Castro cum iurisdictione, nõ censetur concessa merum nec mistum imperium, quemadmodum ex rationibus præmissis, & aliis adnotatur Iaf. n. 10. & Curt. lun. n. 40. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. His accedit, quod simpliciter concessa iurisdictione, nõ venit in concessionem merum, nec mistum imperium secundum Sali. in l. placet. col. 2. C. de ped. iud. Bal. in c. 4. col. pen. de iud. Ang. in d. l. imperium. col. 2. quorum Opinio Communis est, vt testatur Curt. lun. in d. l. imperium. n. 42. & idem in l. 1. ff. de poss. eius. cui. est mand. iurisd. nu. 53. quo in loco omnium latissime disputat hæc questionem Alexand. numer. 66.

Ipse vero multis authorum allegationibus prætermisissis, ne lógus quæ in initio constitueram, progrediar huius controuersiæ resolutio, ac præsertim ex eo, quod apud Alex. & Iaf. satis obuia sint vtriusque partis rationes, vt ar breui quadam distinctione specierum, quo apertius constet, quonã in sensu, quæ modo adduximus, fuerint accipienda.

Primum etenim, cum in specie, & casu decimæ conclusionis à Principe concessio fit alicuius castri, cuius iurisdictione passiuè penes ipsum Principem concedentem actiue residet, ac manet saltem ad liberam eius dispositionem, quia Princeps summus est, adhæret tamen alicui comitatu, vel ciuitati, à quibus sine eorum aliqua lesione minime potest segregari, tunc sane non censetur iurisdictione concessa concessio castro, nisi specialiter transferatur. At de mero imperio concessa iurisdictione, & de misto cõtrouertitur, Iafone, Curt. lun. & Carol. Molin. negantibus, merum aut mistum imperium transferri: nos obseruanda esse censemus verba concessionis, vt inde possit deprehendi voluntas Principis concedentis. probat hoc text. celebris in d. l. 2. tit. 9. lib. 5. ordi. Etenim si is omnimodam iurisdictionem concessit, merum ac mistum imperium concessisse videbitur, gloss. insignis in Clem. vnic. de foro compet. in verb. omnimodam. quam multi faciunt Panormitan. & Imol. ibi post alios. Felinus. in d. l. e. conquestus. de foro comp. Iaf. in d. l. imperium. numer. 12. Et plerique alii existimantes idem esse respondendũ, vbi similibus verbis princeps vsus fuerit. quod explicat Paul. Paris. in d. consil. 9. lib. 1. At vbi simpliciter castrum cum iurisdictione concessum sit in eadem specie, & casu decimæ conclusionis, nihilominus mihi probabilius est, & merum ac mistum imperium concessum esse. Quod materia subiecta aliquantulum dicat, & tenent Felin. in d. c. quod sedes. Dec. in c. licet causam. de probat. col. 1. Pract. Ferrariensis. in actione confessoria pro seruitute, super verbo plenam. tamen res ista sit maxime dubia propter illud præiudicium, quod fit ciuitati, vel comitatu, cui castrum, adheret, vel accedebat ante concessionem. Cui rationi oberunt autoritates, quas de cõmissa simpliciter iurisdictione paulo post adducemus,

Secundo, ubi conceditur cum iurisdictione castrum, cui principaliter adhæret iurisdictione plena cum mero & misto imperio, sicuti proposita est nona conclusio hypotesis, plane merum & mistum imperium ex illa simplici concessione iurisdictionis transferuntur: Quemadmodum constat ex his authoribus, quorum in d. nona conclusione meminimus: qui ita eandem sententiam tenuere, maxime Oldr. Roma. Alex. Alber. & alii, de quibus Ias. in d. l. imperium nu. 11. inquit, omnes hanc in sententia cōsensisse, nec refragantur Curtius Iun. in d. l. imperium. & Carol. Molin. in d. gl. 5. imo palā hoc ipsum fateri videntur.

Tertio constat, idem respondendum esse, cum concessio à principe fit alicui castrum, cui iurisdictione, merum & mistum imperium adhærent iuxta nonā conclusionē. Nam & tūc omnia hæc in concessione venire ibidem probauimus.

Quarto, & regulariter, concessa iurisdictione, etiam absque concessione castrum, & alicui commissa, itidem merum & mistum imperium in eandem concessionē & commissiōnem venire ex eo, quod concessio iurisdictionis favorabilis sit. l. 3. §. vltim. ff. de offic. prof. & ibi Bald. constanter asseruerunt frequentiori authorum & interpretum consensu receptum esse, modo non sublit aliqua ratio, quæ strictè a suadet interpretationem, hoc etenim improbat ex Authen. de defen. ciui. §. iurisdictione. iuncta glo. collat. 3. gl. Communiter recepta. & ibi Bart. 3. quæst. in d. l. imperium. Sic sane hanc opinionem tenuit Abb. in d. c. quod sedem. Alex. in cons. 35. lib. 4. idem in l. 1. ff. de offic. eius, cui est mand. iurisd. numer. 66. & est communis opinio, sicuti asseruerant eam secuti Dec. in d. l. imperium. numer. 27. Alciat. in d. c. licet causam. de probatio. colum. 1. tametsi Iason contrariam defendere conetur, & asserat communem esse Curt. Iun. in d. l. imperium. numer. 42. idem in l. 1. ff. de offic. eius, cui est mand. iurisdictione. numer. 53. quem omnino legito. numer. 50. aduersus Bald. in c. 4. de iud. col. 2. extat & de concessione iurisdictionis optima Boerni decis. 127. quæ multa hoc in tractatu compendio quodam exponit.

CAPVT II.

Iurisdictione alicuius castrum à principe concessa, an in nouos incolas, & in eiusdem oppidi augmento exerceri possit.

SVMARIA.

- 1. Iurisdictione à principe concessa in aliquo castro an extendi debeat ad ipsius castrum augmentum? Et varius numer. 2.
- 2. Traditur late in l. i. cum fundus ff. de legat. 2.
- 3. Legato fundo simpliciter, vel parte fundi communi pro indiuiso, non adiecto pronomine meum, venit in legatum, quod rei legata post testamentum accesserit.
- 4. Legato fundo, vel parte fundi communi pro indiuiso apposto pronomine meum, an veniat in legatum, quod ipsi testatori ex parte socii accesserit post testamentum.
- 4. Intellect. l. si ita ff. de auro & argen. leg.
- 6. Expenditur ne defenditur opinio glo. in l. serui electi. §. vlt. ff. de legat. 1.
- 7. Legato fundo, qui certis est in testamento limitibus designatus, an veniat in legatum, quod post testamentum eidem fundo adiectum fuerit à testatore.
- 8. Iurisdictione, an concessa censetur à principe in castri donati, aut venditi augmento.

Concedit frequenter Princeps alicui nobili, aut communitati iurisdictionem in aliquo castro vel oppido exercendam, post eam vero concessione ipsius oppidi incolæ augentur constructis ad habitationem, & edificis: queritur non temere, an noui incolæ eiusdem iurisdictionis sint, cuius & veteres iure regie concessionis censentur? Extat hæc de re Baldi sententia in l. cum fundus. de legat. 2. ita enim inquit, & est augmentum, quod si imperator eximit castrum, & illud castrum postea crescat, & efficiatur ciuitas, quod totum hoc sit exemptum. Hæc Bald. quem secuti sunt Curia. ibi. Mart. Laud. in tract. de Castellanis, conclus. 32. Qui potissimam authoritatem habent à Iuriconsulti responso in d. l. cum fundus. Cum fundus, inquit Labeo nominatim legatus est, si quid ei post testamentum factum adiectum sit, id quoque legato cedit, etiam si illa verba adiecta non sint, qui meus erit: si modo testator eam partem non separatim possedit, sed vniuersitati prioris fundi adiunxit. Hactenus Iuriconsulti.

Cæterum, ni fallor, Baldi opinio ita erit accipienda, vt obtineat quones concessio iurisdictionis, aut exemptio villæ, vel castrum facta fuerit sub nomine ipsius castrum, & vniuersitatis, nullis constitutis limitibus: tunc siquidem noui ciues, noue ad habitationem domus veteribus sub eodem vniuersitatis nomine accedunt. l. peculium. in prin. ff. de leg. 2. l. si te inquit, legato, & quæ poitea accedunt, ad legatarium pertinent. Quod si exemptio villæ, aut concessio iurisdictionis quidquid extra limites definitis, aut constitutis iurisdictionis accederet, non esset eiusdem iurisdictionis, vel exemptionis modus: sicuti deducitur ex l. in agris. ff. de acq. rer. dom. l. in l. in l. egi. §. vlt. ff. de except. rei iudic. traditque ad hanc conclusionem multa Alberic. Brunus in tract. de augment. & dicitur in 6. conclus. princ. Quibus mire concinit quod Bart. in l. Iulianus §. Titius. ff. de alt. emp.

Hinc plane deducitur, quod si in specie per Bal. proposita in d. l. cum fundus. princeps vel eximeret villam, aut iurisdictionem in ea concederet alicui certis quibusdam limitibus constitutis, non posset illa villa aut castrum augeri nouis constructis domibus, ac nouis incolis, saltem cum eiusdem designatis, aut iurisdictionis iure ultra limites iurisdictionis propriam ipsiusmet principis concedentis, eique soli præiudicium ex augmento, & extensione fieret. Nam si deficeret præiudicium ultra limites ab ipso nominatim circumscriptis.

Eadem ratione constat interpretatio conueniens admodum Iuriconsulti responso in d. l. cum fundus. Etenim si testamentum eidem fundo testator partem aliquam, aut alterum fundum adiecerit, non veniet hæc adiectio in legatum ultra limites ab ipso testatore constitutos. Quod coadiunxerit videtur ex d. l. serui electione. §. vlt. iuncta glo. ibidem in prin. glo. magna, vbi si quis legauerit fundum, qui communis est, ceterum tantum fundi partem legasse, quæ propria erat tempore testamenti, non solidum fundum, etiam si post testamentum alteram fundi partem redemerit. Quæ quidem decisiones dubiæ profecto sunt propter d. l. cum fundus. & l. quod in rerum ac deinde ob egregiam sententiam Angeli Perulini enim scribit in Authen. de equalit. doris. §. aliud. colat. 8. & in litem fundi. §. huic. ff. de usufruct. quod si Princeps in aliqua villa & castro, ac eius territorio iurisdictionem concesserit: ac demum ipse Princeps territorium illud augeat, & extendat, competit iure ac titulo concessionis iurisdictione in augmentum. Cui opinioni suffragatur d. l. cum fundus. & præterea l. etiam. C. de iure dotium. textus item in d. §. aliud. sic Angeli opinionem secuti sunt Ias. in l. 1. num. 15. & 16. ff. de iurisd. omnium iud. & Alber. Brunus in tract. de augment. & dicitur in 9. & 17. conclus. princ. Idcirco cum hæc Angeli opinio vera sit, oportet rem istam distinguere examinare, vt quid in praxi magis sit conducibile, euidentiùs constet, expositis quibusdam attentionibus ad questionis examen.

Primo siquidem obseruandum erit, exemptionem, aut concessam iurisdictionem in proposita specie, quo ad augmentum obtinere, quores Princeps, qui certis constitutis limitibus castrum exemit, aut iurisdictionem in eo concessit, pateretur tacite, vel expresse illius castrum incolas, & habitationes augeri ultra limites præfinitos ea in parte, quæ iurisdictioni ipsius Principis in immediate aliqui suberat. Hoc probatur ex Angeli decisione, & quia ipsius tati Principis præiudicium tractatur. Quod si alterius minime, nec tacite, nec expresse cōsentientis præiudicium versaretur, tunc dubio procul iurisdictione, aut exemptio ultra fines ab homine constitutos in præiudicium alterius nequaquam obtineret, nec exerceri posset. Sic sane colligitur ex ratione, quam Dd. tradidit ad decisionem pontificiam cap. qui circa. de privileg. notant Roman. in l. d. d. m. §. si in qui ad. ff. de dem. insec. Albert. Brunus de augment. & dicitur in 9. vers. prædicta conclusio. Angel. in l. si seruitus. in prin. penult. col. ff. seruit. vrb. præd.

Secundo ipse arbitror ad veram interpretationem d. l. cum fundus. & l. serui electione. §. vlt. l. si ita. ff. de auro & argen. legat. perurum referre, aut certe nihil, quod in ipso legato, vel testamento testator vltus fuerit pronomine, meum: ad hoc effectum, vt legatum intelligatur secundum tempus testamenti vel tempus mortis. idem enim est in vtroque casu. Quemadmodum satis constat ex l. vltima. §. 1. ff. de leg. 2. l. nonne §. 1. ff. de legat. 3. l. Aurolius. §. 1. & 2. l. vlt. in fin. ff. de liber. legat. in quibus denique responsis non est appositum pronomen, meum.